Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



fidelis deus ipse nos iustificet. Et deposcimus ut iugiter nos
omnium precum studeas absolvere. Placatus ut per semper nos in vere
fideles. Et mansione in eis facere dignetur. Et agni velleris
quem tuo dignetur. Mundi monstrantem tollere omnia nos velit
munere. Ut per ipsum meritum angelus alleluia. In alba veste sequ
per portam clarissimam. Hunc per ipsum iohannes. Sin lucam i

Eliz alech impletum est tempus parendi: et
peperit filium. Et audierunt vicini et co
gnati eius quia magnificavit dominus misericordiam suam
cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est in
die octava: venerunt circumcidere puerum: et vo
cabant eum nomine patris eius zacharia. Et mater
eius dixit: Nequaquam sed vocabitur iohannes.
Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognati
one tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebant
autem patri eius: quem velle vocari eum. Et postulans
pugillarem: scripsit dicens. Iohannes est nomen
eius. Et mirati sunt omnes. Apertum est autem
illico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicens
deum. Et factus est timor super omnes vicinos eo
rum et super omnia montana iudee de illis habebantur
omnia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit?
Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias
pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetavit
dicens. Benedictus dominus deus israel. quia visitavit
et fecit redemptionem plebis suae. Off. Iustus ut pal
ma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Sec. Tua
due munerib: altaria cumulamus illius nativita
te honore debito celebrantes qui salvator et mundi